# Contrā modū epiſtolandi.

Tetra tiſchon ad eundē.

Aſpice nos vultu princeps Uldrice ſereno:
Gloria ſueuorum Teutonicicꝫ ſoli.
Et tibi ſit gratum quicquid depinximus ad te:
Poſt hoc maiori tu celebrere lyra.

τελος

¶ Cōmentaria ꝯtra modū epiſtolādi.

Pontij:

Rhetorica pōtij vł alteri⁹ grāmatiſtę: q̄ ſe h̄ noīe inſcripſit.

Philologus.

Rhetorica ſcribendū eſt ꝑ rh ꝛ t ſine aſpiratione.

Pontius.

Circa modum dictandi.

Philologus.

Neſcio ꝑfecto vñ hęc ſartago loquendi venerit in linguas
germanoꝝ vt oēs fere accipiāt dictare ꝓ eo qđ cōponere: ꝛ di-
ctamē materiā: q̄ cōpoſita ſit: cū iñ lōge fallant. Dictare enim
Dictare eſt id dicere qđ ali⁹ excipiēs notet. Teſtꝫ Georgi⁹ merula: Do-
miti⁹ Chalderin⁹: ꝛ quo nemo ex retētiorib⁹ latinitatis obſer-
uātior: Laurenti⁹ valla. Idē te docet. Idem Cicero, cū dicit ad
Atticū ſe illa nō ſcripſiſſe: ſꝫ repādi laterꝫ grā dictaſſe: Sapho.
At mihi Pegaſides blādiſſima carmina dictāt. Plini⁹. li. vij.
ca. xxv. loquēs de Iulio cęſare. Scribere ꝛ legere ſił dictare ſo-
litū accepim⁹: epłas ꝟo tātaꝝ reꝝ quaternas pariter librarijs
dictare: aut ſi nihil aliud ageret, ſeptenis: qđ ſi ethnici ſcripto-
res vobis ſunt ignoti vos grāmatiſtę ſaltem ſequimini veſti-
gia ſancti Hieronymi: q̄ aptiſſime oñdit qđ ſit dictare. lib. v.
ſuꝑ explanatiōe Eſaię: dictam⁹ hęc nō ſcribim⁹ currēte nota-
rioꝝ articlis. Idē ſuꝑ Abdia: necꝫ em̄ ea latinitate ꝛ cōpoſitione
verboꝝ dictam⁹ vt ſcribim⁹: aliud eſt mi Pamachi ſępe ſtilū
vertere: ꝛ q̄ memoria digna ſunt ſcribere: aliud notarioꝝ arti-
culis ꝓparatis pudore reticēdi dictare qđcūcꝫ in buccā vene-
rit. At ex hoc ī hūc errorē incidimus ꝙ reperim⁹: ratio dictat
qđ eſt frequētiſſimū, quale eſt illud Plinianū in epła: qñ o ſil-
ua o littus q̄ꝫ multa cōpoſitis q̄ꝫ multa dictatis: Et illđ Bo-
etij: Ecce mihi lacerę dictāt ſcribēda camoenę. Ueꝝ hic mani

feſta ratio ſubeſt:nā camoenę ⁊ littus ⁊ ſolitudo tacite nobis ſuggerūt qđ ſcribam⁹:ita ⁊ ratio loquit̃ quod nos ſcribenduȝ putam⁹ ⁊c̃. Eſt igit̃ dictare quaſi (vt ita dicā) ad pennas legere. ⁊ dictamē ipſa lectio:ſi ſaltem eſt in vſu doctoꝝ:quod ego non dū legi:ſed dictata ſūt/quaſi themata ⁊ pręſcripta/quę ludi magiſtri pueris prębent. dictamen.

Pontius.

Et dicit̃ epiſtola ab epi quod eſt ſupra:⁊ ſtolon miſſio.quaſi ſupra miſſio:quia epiſtola ſupra mittit̃ mēorię nuncioꝝ. Vñ nō Greciſta. Fitq̨ ſtolon tibi miſſio ſic epiſtola ſignat.

Philologus.

Certe deliras quiſquis ſic dixeris.latini em̄ ſcriptores ſic dicūt:epl'a deſcēdit a medio paracimeno, id eſt p̄terito pfecto huius greci verbi: επιστελλω epiſtello,qđ ſignificat mitto:mādo.nā amittit vnū l in futuro ⁊ dicit̃ epiſtelo:deinde cū e in penultima futuri:mutat̃ in o vocalē ⁊ dicitur epiſtola.

Pontius.

Item nota ꝙ quinq̨ ſunt partes dictionis eſſentiales ſciliȝ ſalutatio:exordium:narratio:petitio:⁊ concluſio.

Philologus.

Quo auctore hęc pręcepta effundis:ego em̄ (qđ ſolū de me ipo pfiteor) multa veterū monumēta pellegi vel vidi:nec inueni quem latinū/de epiſtolis condendis p̄cepta/nedū partes aliquas tradentē:niſi te ⁊ tui ſil'es. Adde ꝙ petitio,exordiū,narratio,nō ſunt epl'ę partes.exordiū em̄ eſt ſolius oratiōis:plures etiam ſunt epiſtolę/vbi nihil narramus/nec petimus quicq̄:ſȝ ſuademus aliquid,vel diſſuademus:vel vbi declaramus noſtram familiaritatē:hortamur ad virtutes:deterremus a vitijs:⁊ plura alia:nulla enim pars eſſentialis eſt/imo vna harū partium ſufficit ad epiſtolam. Si cupis igitur eloquentię gloria celebrari:nō ad illos modos (vt ipi dicūt) epiſtolandi te cōferas:qui non docent latinitatem:ſed huic bellum indixerunt: ⁊ contra hanc palam martem conſerunt: ſed ad epiſtolas Ciceronis:Philelphi: et illorum/quos nominaui in opuſculo quod inſcribitur: qui auctores legendi ſint nouitijs: quod et te Auguſtinus docebit/dicens: Ad comparandam elo-

quentiā magis ꝓdeſt/ſiquis eloquētes audiat/⁊ diligenter legat:q̄ſ ſiquis circa artis pręcepta ſeſe occupet:⁊ vt dicit Seneca.longū eſt iter ꝑ pręcepta/ac infirmū:breue aūt ⁊ efficax ꝑ exempla:nll's eſt igit̄ modꝰ:nulla ars cōponendaꝝ ep̄laꝝ:q̄ſ vt ſis latinus:qđ ſi fueris:ſcribas quicq̄d in buccā venerit:⁊ q̄cquid ad tuū ꝓpoſitū idoneū iudicaueris:qđ ſi error quoꝝundā ſcribentiū modos epiſtolādi neceſſario ꝑ quędā documēta extirpādus ſit:⁊ germani ſcholaſtici:velint nō niſi ꝑ quaſdā doctrinas/cōponere ep̄las:accipiāt tres ep̄laꝝ cōditiones,nō requiſitas,nec eſſentiales:ſꝫ q̄ſi manuductiōes quaſdā(vt ita loquar)⁊ ordinē/primo/cauſam:q̄d moueat eos ad ſcribendum:Scđo/voluntatē principalē(vt dicūt)vbi declarēt/q̄d potiſſimū velint ab eo ad quē ſcribūt.Tertio/conſequēs vt ſi fecerit qđ petieris/te nihil vnq̄ſ omiſſuꝝ eoꝝ quę ſibi cōmendare ſperabis.vel ſimile,qđ facile ex ſuꝑioribus ſcriptis fingere licet.Qđ aūt dicis ꝑtes eſſentiales ⁊ accidētales:miror te tradere modū rhętoricū:cū in vulgatiſſimo oratiōis grāmaticę genere verſeris:⁊ a ſolis grāmatiſtis vſurpato.rhętor eñ/qualem tu inſtituere polliceris/nō vtitur his vocabulis:eſſentialis et accidentalis,gēneralis ⁊ ſpecialis,principalis ⁊ minꝰ principalis:ꝑſertim in hac ſignificatiōe:ſed grāmatiſtę ⁊ dialectici.

Pontius.

Itē illa diuiſio q̄ntumēbris.ſcꝫ.ꝙ quinq̄ſ ſūt ꝑtes dictaminis/ſic reducit̄ ad bimēbrem:nā oīs pars dictaminis/aut eſt circa affectū:aut nō:ſi primū/ſic eſt ſalutatio ⁊c̄.

Philologus.

Cōſultius eſſet mehercle ſilentio trāſire has totiꝰ libelli ineptias:⁊ mōſtroſas hallutinatiōes:niſi plures eſſent apđ germanos/q̄ nō ſolū his rebꝰ fidē haberēt/ſed etiā id alijs cēſoria ⁊ ariſtarchi virgula ꝑciperēt:nulla eſt crede mihi ibi dictio q̄ redoleat vllā rhetoricā:Sed dic ꝑcēptor ignorātiſſime,⁊ vl' ordo plebeius dediſcere volētibꝰ peſſime merite,vbi legiſti apđ Ciceronē:vel Quintilianū:vel aliquē latinū/illas reductiones:⁊(vt vulgo dicit̄)ſufficiētias ſtolidiſſimas:qđ te dij ꝑdāt quid ex media barbaria ꝓgreſſus/polluis nobis omnē latinitatē:ille eñ tuę ſufficiētiſſime,nō ſunt tradēdę in aliqua facul-

tate/nedū in rhetorica.vbi puriꝰ ⁊ ſinceriꝰ eſt loq̄ndum. Sunt enim vbiq; prorſus inutiles.⁊ nuper ab indoctis excogitatę.

Sequitur de ſtatibus.

Pontius.

Tituli Archiepiſcoporum Patriarcharum Epiſcoporum Abbatum Legatorum ⁊c̄.ſunt tales:honorabilis: venerabilis:venerandus:reuerendus ⁊c̄.

Philologus.

Primū nunq̄ legi apud Idoneos:ſtatū dici cōditionē/vel qualitatē eſſe hoīm:Ut nr̄i dicūt:ille eſt in ſtatu ſeculari vel ſpirituali.vel in ſtatu clericali.Sed ordo apud latinos dicit: Ordo
Ut ille eſt equeſtris ordinis.vel ordo eccleſiaſticus.vel ordo ſenatoꝝ. Venerabilis aūt epitheton eſt ſummoꝝ viroꝝ:h̄ eſt ceſaris:vel ſūmi pontificis:vel alioꝝ optimatum:Leo Papa in ep̄l'a prima ſuoꝝ ſermonū:p̄miſiſſe me memini venerabil' imꝑatori:Corneliꝰ tacitus:quia Veſpaſianꝰ venerabilis ſenex: Auſoniꝰ ad Gratianū ceſarē.Tu auguſte venerabilis deſtrictꝰ maximo bello.Hieronymus in ꝓlogo ſuꝑ zachariā.Itaq; mi exuperāti papa venerabilis:Idē ſuper Abachuch:alterum mi Chromati papa venerabilis:in Abachuch librū ſcribēs.Idē ſuꝑ Ionā:Ceteꝝ nō ignoramꝰ Chromati papa venerabilis. Itē ceteris hoībus attribuit̄ ſanctitudine:vel longa etate florentibꝰ.Apulegiꝰ de deo ſocratis:nempe Piliꝰ orator eloquio comis experimētis cautus Senecta venerabilis ⁊c̄.Et p̄ſertim mulieribꝰ/multa vitę ⁊ ętatis honeſtate,⁊ regia dignitate pollētibꝰ.Curtiꝰ in tertio.ſed oīm oculos animoſq; in ſemet ↄuerterāt captiuę mater ↄiunxq; Darij:illa non maieſtate ſolū/ſed etiā ętate venerabilis:hęc formę pulchritudīe. Hieronymꝰ in ep̄l'a ad Marcellā:nec em̄ ignoramꝰ venerabilis ſoror ⁊ benedicta filia tuā poteſtatē in hoc ſeculo ⁊ gloriā. Idem in ꝓlogo Oſeę ꝓphetę ⁊c̄.At nunq̄ legi in titulis in ſcripticijs illaꝝ pſonaꝝ:Cedat hic plebeia germanoꝝ litteratoꝝ cohors: quę p̄dictas dictiones lege quadā tm̄modo artiū magiſtris attribuit:qđ ſi fieri pōt:apud doctiores tn̄ nunq̄ legi:habent em̄ alios titulos magis ꝓprios/quibus cōmendant̄ a ſciētia in qua excellunt:vel a moribꝰ.Attribuit̄ ⁊,venerabilis,rebus

inanimatis. Corneliꝰ tacitus: ego ꝓ eo oēm eloquentiā: om̄eſq̄ eius ꝑtes ſacras ⁊ venerabiles puto. Macrobiꝰ lib. vij. Saturꝰ: honeſtatē dico ⁊ modeſtiā: nec minus cū ſobrietate pietatē quā eīn haꝝ dixerim minꝰ eſſe venerabilē. Et Juuenalis Sat. ſedecima. Atq̄ ideo venerabile ſoli ſortiti ingeniū ⁊c. Honorabilis: honeſtꝰ: reuerendꝰ: venerādus: ſūt epitheta attribuēda hoībus cuiuſcūq̄ cōditiōis vl' ſtatus (vt dicit) fuerit: dūmodo honore dignos iudicemꝰ. Sicut papa honorabilis: venerandus agricola: honorādus miles (Sctūs tn̄ Juo carnotenſis ep̄s in ſuis ep̄l'is ſingulariter ep̄is ſcribit venerabilibꝰ: vl' reuerēdis) Sicut ⁊ hęc ſeq̄ntia Egregiꝰ: ſingularis: Clarus: ꝑſtās: fortis: ꝓſtās: inſignis: illuſtris: nobil': notabil': dicimus eīn nobil' grāmaticꝰ: nobil' pictoꝛ: egregiꝰ mgr̄: egregiꝰ poeta: egregiꝰ miles: egregiꝰ rex. Sic Horatiꝰ ī tertio carminū: Antris egregij cęſaris audiar. Itē illuſtrꝭ poeta: vel orator. Cicero ſcōo d oratore: ſed coꝝ oratoꝝ ſcꝫ partim in pōpa: partim in acie illuſtres eſſe voluerūt. Illuſtris eīn vt ſeruiꝰ dicit lib. vi. Eneidos nomē noticię eſt nō meriti: vn̄ etiā in meretricibus inuenit̄: nā ⁊ nobiles ⁊ illuſtres vocant̄. nemo tn̄ facile dixerit illuſtris agricola. vel ſil'e. Adde q̄ hęc (vt dixi de illuſtris) vocabula bonis ⁊ malis poſſunt attribui: vt inſignis princeps: et inſignis meretrix: egregiꝰ latro: Singularis nequā: nobil' predo: Pliniꝰ lib. iiij. natural' hiſtorię. meſſalina elegit in id certamen nobiliſſimā e ꝓſtitutis ancillā. Et Modeſtinꝰ. ff. de appella. ⁊ rela. dicit inſignes latrones. Lactātiꝰ lib. iij. ca. xv. Ariſtippo Cyrenaicoꝝ mgr̄o cū laide nobili ſcorto fuit conſuetudo. Idē in quarto ca. xvi. ⁊ ab hoībꝰ inſigni ſupplicio affectū. q̄ntꝰ Cicero ad fratrē. qui neq̄q̄ ſūt tā genere inſignes q̄ vitijs nobiles.

honorabil'
hōeſtus
reuerendꝰ
verēdus

egregiꝰ
nobilis
illuſtris
inſignis

Pontius.

Abbas maioꝛ vl' minoꝛ prioꝛ ꝑpoſitꝰ: decanꝰ ⁊c. Tales habēt determinatiōes: ſpcioſus: ꝟtuoſus: decorus: religioſus: pius.

Philologus.

Bone litteratoꝛ iſtos titulos: vel (vt tu indocte dicis) determinatiōes: vel ex te ip̄o ꝯfingis: vel mercede ꝯductꝰ a barbarꝭ ꝯfundis lingue latine: ſpcioſus eīn nunq̄ legi in titulis in ſcri

pticij s:ſed multo pl⁹ rebus inanimatis attribuit. Virtuoſus
aũt vocabulũ eſt(ſi credimus Philelpho)qđ nemini mortaliũ
hactenus ꝯueniri potuit;qđ ⁊ maximus orator ⁊ phs Cicero
ſcriptũ reliquit:Georgi⁹ quoq̃ Valla ita dicit: nã virtuoſus
nõ dicit niſi ruſtice ⁊ barbare;ꝑ quo qui laute ac minime ſordi
de locuti ſunt/virtutis ſtudioſum dicũt:Et diuus Auguſtin⁹
in ſua dialectica. Vt a virtute nõ poteſt dici virtuoſus/ſed mo
deratus ⁊ induſtri⁹. Et Cicero:licet/vitioſus dicat:nunq̃ ta-
men virtuoſus:q̃uis Boetius fecerit: Recurras autẽ ad nr̃a
cõmentaria de eplãri ratione/⁊ inuenies titulos hominibus
cuiuſcunq̃ conditionis ſine verecundia tribuendos.

Pontius.

In infimo ſtatum ſunt:Sacerdos:Plebanus: diaconus:
Accolytus:Sacriſta:Horum determinationes:diſcret⁹:dei-
ficus:honeſtus:humilis ⁊c̃.

Philologus.

Plebanus vocabulum eſt credo ab indoctis inuentum|et
plane barbarum:vel ſaltem non antiquum.melius forſan di-
ceretur plebeianus:vel plebciarius:ego mallẽ dicere rector.vel
paſtor huius ſacrę ędis:vel alterius.et ſi paſtor vix tolerabile
ſit in prouiſa.vel curator animarum. Sacriſta quid ſit:ego ne
ſcio:ſed remitto ad appollinẽ:vel hui⁹ collegã,dominũ ioſbar-
tum pſeudo ꝓphetam Thibingenſem: eſt enim barbarum vo-
cabulum:Diſcretus nihil aliud eſt q̃ diuiſus:caue itaq̃ ne in
poſterum ea dictione vtaris/qua nemo doctus in tua ſignifi-
catione vſus eſt:vt in cõmentarijs videbis:deificus nunq̃ le-
gi apud probatos/nedum in titulis:Humilis autẽ apud ido-
neos et veteres/ſignificat abiectum,et hominem, Infime: vel
fortunę:vel natiuitatis.quo ſacerdotes abſonum eſt de hone-
ſtare. Plinius in prologo.xiiij.lib.naturalis hiſtorię. nec de-
terrebit quarundam rerum humilitas. Et Plinius iunior:
quin tu ipſe humiles ⁊ ſordidas curas alijs mandas. Et hu-
militas eſt abiectio quędam,quaſi vilitas: Non me fugit
apud eccleſiaſticos aliter accipi:quibus in hoc non aſſen-
tior omnino/nec item repugno:quoniam ita vſus eſt Cypria-
nus: Lactantius: Hieronymus: et alij quibus non nihil in

eloq̄ntia tribuo, p̄ſertim cū illi⁹ ꝟtutis aliud nomē vere ꝓpriū ipſe nō ſciā, plura inuenies de hac re in cōmentarijs noſtris lingue latine.

Pontius.

Magiſter Theologie. doctor iuris: doctor medicine: Rector vniuerſitatis: tales habēt determinatiōes: Sapiēs: prudēs: ſcientificus: illuminatus: induſtrioſus: legalis ꝛc̄.

Philologus.

Sciētificus: illuminat⁹: induſtrioſus: legalis. nemo ſcribit in ſuis titulis. Induſtrioſus eñ nō dicit̄: ſed induſtri⁹ vt valla teſtis eſt: ꝙ aūt ꝯſuetudinē multoꝝ allegas/ nihil ꝓbas: vt audies in cōmētarijs noſtris de abuſiōe lingue latine, etiā cōtra tuā ꝯſuetudinē loquit̄ Hieronym⁹ ad ruffinū aq̄legiēſem: errantiū multitudo nō parit errori patrociniū. Et Paul⁹ iure cōſul⁹ de regulis iuris. Quod initio vitioſum eſt nō pōt tractu tp̄is ꝯualeſcere: ꝛ ſic de alijs oībus dicas ꝯſuetudinib⁹: vel potius corruptelis. nō tñ nego a legalis dici, vt legalis ſciētia: at tamē haud facile inuenies in externis inſcriptiōibus: ſe ſolo. Ut legali viro vel legalis homo: id eſt Urban⁹. vt nr̄i dicunt.

Pontius.

Baccalareus ſimplex: ſtudēs ſimplex: licentiatus ad magiſterium. has habent determinationes: autēticus: ſubtilis: refulgens: abilis: ſplendens: beniuolus.

Philologus.

Baccalaure⁹ ſcribendū eſt quaſi laureat⁹ bacca: h̄ eſt fructu lauri arboris coronat⁹: de bacca videbis in cōmētarijs de abuſione ꝛc̄. Studēs, aūt ſumit̄ ꝓ q̄cūq; qui operā dat ſtudijs ſiue doctor/ ſiue magiſter. Ergo caue ponas ꝓ certoꝝ hominū qualitate: Licēciat⁹ vero in nr̄is cōmētarijs audies quid ſit: dicā tñ h̄ vocabulū nō eſſe latinū: nedū dignitatis nomē: ꝙ ſi eſſet nomē vſitatū: ſignificaret illū: qui poteſtatē haberet peccādi ꝛ vagādi q̄rſum vellet: Ille aūt determīatōes: autētic⁹: ſubtilis: refulgēs: habilis: ſplēdēs: beneuolus: nō ponunt̄ in titul' ſcribendarum ep̄laꝝ: niſi ab his q̄ in ſordidiſſimo oratiōis genere ꝟſant̄: ꝛ cū lingue latine elegātia habēt nullū cōmertium. qui aūt tituli ꝛ epitheta cuilibet homini in ſuo ſtatu attribuen

da ſint/videbis ĩ cõmẽtarijs nr̃is de rõne eplaꝝ cõponẽdaꝝ.

Pontius.

Infimꝰ ſtatꝰ ſtudẽtiũ Locatꝰ: Pedagogꝰ: Scholaris: Beanꝰ: hoꝝ determĩatiões: docilis: igenioſus: obediẽs: diſciplinatꝰ.

Philologus.

Locatꝰ nõ eſt nomẽ dignitatis: ſed minor vicariꝰ, dicendũ eſt: illud aũt ſignificat illũ q̇ locat̃ ab aliq̇. Beanꝰ nec grecũ/nec hebraicũ/neq̃ latinũ: ſed plane thracũ: vt opinor: vel getarum. Scholaris aũt (ſic eñ ſcribendũ eſt ꝑ ch) dicit̃ res ꝑtinens ad ſcholas: ſicut libri calamariũ ꝛ ſilia: hõ aũt q̇ diſcipline diſcẽde gr̃a intrat ſcholas: ſcholaſticꝰ: dicit̃: vt alio loco docemꝰ. ꝛ non dicit̃ ſcholaſticꝰ: vt apd̓ indoctos rector ſchole. Diſciplinatꝰ ſe ſolo nõ eſt ponẽdũ in titulis ꝛ epithetis: qm̃/ſic ꝛ diſciplinoſus teſte Varrone/tã in bonũ q̃ malũ accipi põt, ſicut etiã diſciplina: nã vt tradit Auguſtinꝰ in dialectis: diſcibilis rei, diſciplina dicit̃: que quarũq̃ reꝝ ſcia eſt: nec multũ legi diſciplinatus niſi apd̓ Vlpianũ. ff. de excuſa. ꝛ tẽpo. l. ſed ꝛ reprobari q̇ accipi ꝓ diſciplinis inherẽte ꝛ intẽto. minor vicarius Scholaſticus

Pontius.

Infimꝰ ſtatꝰ ſeclaris: miles militaris: aduocatꝰ caſtellanus ciuis: hoꝝ determinatiões: inuincibilis: ſtrenuꝰ: fortis: Robuſtꝰ

Philologus.

Miles: vt oſtendã in cõmẽtariis nõ eſt nomẽ dignitatis: ſed quilibet q̇ in bello militat, ꝛ ꝑcio ꝯducꝰ bella ſequit̃, ꝛ ꝑſertim pedites ꝛc. Inuincibilis vir vel Alexãdro magno addi poſſit ꝛ aſcribi. Eſt eñ inſueta dictio ꝛ epitheton, inuicꝰ ꝛ inuictiſſimus plus quadrat in vſuq̃ doctoꝝ eſt. Robuſtꝰ aũt cuilibet ruſtico põt adiungi: ſi habet corꝑis vires: ꝛ ſi a Cicerone etiã robuſtꝰ animꝰ, dicat̃ lib. primo de finibꝰ. Item ꝑcors ꝛ ꝑcordialis ſunt vocabula indoctoꝝ grãmatiſtarum.

De ſubſcriptione. Pontius.

Ioãnes ſchabẽſechel ſuitor ĩ argẽtina vr̃ filiꝰ cordintimus.

Philologus.

Seruitor eſt vocabulũ illoꝝ qui renũciauerũt latinitati: q̃re nõ ſeruus: vel famulꝰ: vel meliꝰ cliens: nã nunq̃ lectũ eſt apud latinos ſeruitor. Cordintimꝰ ſilr vocabulũ eſt germanoꝝ vel

indoctorum getarum: ſocius tuus fauorabilis: etiam eſt ideo/
tarum dicere: Socie mi fauorabilis; quāuis latinum ſit fauo
rabilis: ſed non bene in tuo ſignificatu.

Pontius.

Regula ſubſcriptionis eſt; equalium ſubſcriptioni in inferi/
ori margine eſt locanda.

Philologus.

Hęc eſt vna barbaries a recētiorib⁹ ꝑfecta/ quā eradicabo in
cōmētarijs nr̄is de rōne epl'aꝝ ꝯdendaꝝ: oīs eñ/ quicūqȝ ſcri/
bit ſiue maximus: minimuſue in ſuꝑiori margine ſe ſcriptita/
bit. Et ante nomē illi⁹ adquē ſcribemus: ſic tenet religioſa ve/
terum ꝛ ſanctiſſima conſuetudo et maieſtas.

Nō de ſubſcriptōe

Pontius.

Regula ꝙ in ſubſcriptōe ſuꝑmoꝝ (ꝑterq̄ȝ in dn̄i papę) eſt ad
iūgenda, dei gr̄a, q̄ ad ſecl'ares; ſȝ q̄ ad ſpūales eſt adiūgēda di/
uina clemētia: vel miſeratiōe diuia: ſed papa ſic format diuina
ꝓpitiatione.

Philologus.

Jlle bon⁹ hō ꝯſpirauit in exitiū lingue latinę: q̄s eñ hęc vi
dit obſeruare quēquā eruditū; Eps dei gr̄a cur nō ſcribat. ꝛc.
etiā hoc vocabulum ꝓpitioſus non lego apud veteres ꝛc.

De ſupraſcriptiōe, hoc eſt inſcriptiōi exteriori.

Pontius.

Deinde debet poni illa ꝑticula dn̄o ac dn̄o tam in ſtatu ſpi
rituali quam in ſtatu ſeculari ꝛc.

Philologus.

Quicq̄d agāt alij/ tu ſemꝑ ꝯſpiras ī latinę lingue interituꝫ:
primū, ſic ſuꝑſcribo nō dicit, ita nec ſuꝑſcriptio: qꝛ (vt priſcian⁹
dic) ſuꝑ nō cōponit. Inſuꝑ, dn̄o ac dn̄o, nemo vnq̄ȝ latinus ſcri
pſit (in vſu tñ ꝛ lingua germana nō repꝛhēdo) imo nec ſemel eſt
ad iūgēdū dn̄o. Audi Nicolaū potū epm: Cauēdū ꝑterea ē ne
vnquā, dn̄m, honorꝭ cā noib⁹ ꝓprijs ꝑponam⁹: vt dn̄o pyrrho:
barbara eñ eſt hęc locutio ꝛ nuꝑ inuēta: nō ꝟ latini: nō gręci
veteres fecerūt: hęc ille, domicell⁹ aūt vocabulū eſt oīno vāda/
licū ꝛ nunq̄ȝ lectū, nec domn⁹ domna: vt quidā ponūt: vt dn̄s
ad ſolū deū: domn⁹ ad hoīem referat. Sepi⁹ aūt ille Ponti⁹
errat in vna dictiōe/ qđ ſi ſemel repꝛhēderi/ nō ampli⁹ repetā/

q̄ ſupfluum ꝛc. Pontius.
Exēplū Nicolao Harter: ingenioſo freq̄ntāti in Ulma.

Philologus.

Frequētanti ſcholas, dicere debes/alioq̄n non facit tibi ſen
ſum pfectum: quāuis locutio ſit grāmatiſtarum ꝛc.

Pontius.

Exēplū: Diſcretę ꝛ rubicūdę mulieri Annę ciuiſſę in p.

Philologus.

Ciuiſſa nō eſt latinū: ſ; ciuis cōis generꝭ: qđ pueri nouerūt.

De ſalutatione. Pontius.

Salutatio: Sincere dilectionis conſtantiā iugiter p̄porre
ctā: vł dilectione cū ſeruitutꝭ ꝯſtātia iugiter p̄porrecta ꝛc.

Philologus.

Hoc qđ iā dicā debebit tibi infrigere oēs tuas barbaras ſa
lutatiōes, oēs latini ſcriptores/ad q̄ſcūq; ſcribūt/ꝯtēti ſūt dixiſ
ſe. Salutē dic: Greci aūt dicūt, bn̄ agere: ꝛ q̄ aliter fac/ōn dit ſe
eſſe barbaꝝ/nō latinū: vt plenꝰ ō rōne epłaꝝ audies: nā ꝛſi tuę
ſalutatiōes ſūt latinę (in q̄ tn̄ dubito) non tn̄ eaꝝ vſus eſt/niſi
apđ grāmatiſtas, p̄libata, p̄porrecta, an̄ miſſa, ꝛ ſilia: nō ſūt i vſu
rhetoꝝ. Et illa aduerbia cordialr. cordintime: non vſurpantꝰ a
doctis: Uirtuoſitas, a nullis/niſi rhetorice indoctis/dicitur.

Pontius.

Nota has ſalutatiōes i datiuo: charitati idiſſolubili cū nu
tus deſiderio iugiter p̄libatę: amicitię i deſinēti cū dilectōe fa
uorabilitate iugiter p̄porrectę: ſuituti irremiſſibili cū pmptitu
dīs amore firmiter p̄aſſūptę: nutui irremiſſibili cū fauorꝭ pm
ptitudie ꝛc: affectui indefeſſo cū amicicię obſeq̄oſitate iugiter
an̄ miſſo: ītuito pato cū fauorꝭ diligētia iugiter p̄aſcriptę: liga
mini irremiſſibili cū obſeq̄o p̄deſtinato affami pmpto ꝛc.

Preterquā q̄ vbiq; ꝯſpiraſti in latinę lin Philologus.
guę iteritū: etiā deliras bone pr̄: q̄s eī vnq; tuas iſtas tā bar
baras ꝛ gotthicas ſalutatōes poſuit: nā oīa iſta tua vocabula:
ꝛſi aliq̄ ſint latina/tn̄ a doctiſſimis in raro vſu ſūt. Obſeq̄oſi
tas etiā latinū nō eſt ſaltē elegans: nutui irremiſſibili, ligamini,
affamini, quid velint ꝛ ſignificēt: ego non ſatis calleo ꝛc. Lice
ret etiā idem facere de alijs exemplis/q̄ in alijs caſibꝰ ponis.

Sed ſūt in eadē barbarię: Jccirco ꝑgā. Jtē ꝓborat̄, ꝓporri-
git̄, ꝓcōmēdat̄, ꝓdirigit̄, ſūt grāmatiſtis vocabula ꝓpria.

De exordio: Philologus.

Sūt merę ineptię ſic ꝑtes epl̄ar᷑ ⁊ eas q̄ſi quibuſdā ꝓſcriptis
vocabul᷑ ⁊ orōnib⁹ ꝯſtringere: Eēt em̄ vt dic̄ Quītilian⁹ li. ij.
Rhetoricę, res prorſus facil᷑: ac parua/ſi vno breui ꝓſcripto cō
tineret̄: ſ3 mutāt̄ pleraqꜫ: cauſ᷑: tꝑib⁹: nccītate: occaſiōe: ꝓpter q̄
(dic̄ idē) mihi ſemꝑ moris fuit qꜫ mīme alligare ad ꝓcepta ⁊c̄.

Pontius.

Sic: vel ſil̄r exordia formabim⁹ affect⁹ fautoris illuc deme-
rito dirigit̄: vbi ꝑcul dubio mēs petēt; nll̄aten⁹ defuſcat̄. Aliō
petitio deꝑcāt; ītac de ꝯdigno refert̄: vbi ſemoto dubio deſi-
deriū mittēt; nullaten⁹ ꝯtēnat Aliud: ꝓmotio honoris inibi de
honeſtate reducit̄: vbi ſuppꝛ̄ſſo dubio ſemꝑ exaltat̄. Aliud: di-
ſcretio ꝓuidi ibidē ad fautorē de iuſticia adducit̄: vbi alienato
dubio ſemꝑ eleuat̄ ⁊ ſimilia plura facere poſſis exordia:

Philologus.

Quid eſt bone de⁹: Cur tā penit⁹ ꝯſpirau eris in latinę lin-
guę exitiū: nihil eſt em̄ penit⁹ in tuis oratiōib⁹ qđ redoleat rhę
toricā. ſed vulgatiſſimas grāmatiſtar᷑ ineptias: nullū nomen:
nll̄a tua orō q̄ alicubi inueniat̄ apđ idoneos. nā ⁊ affect⁹ ⁊ deſi
deriū in ea ſignificatiōe quib⁹ tā crebro vterꜫ plus ſūt eccleſia-
ſticor᷑ quā veter᷑: nullaten⁹, aūt nō eſt latinū: demerito aūt ⁊ de
cōdigno vix latina ſunt: quia vt de doctor᷑ indagine dic̄ No-
nius Marcellus. Oēs artē ſecuti negāt aduerbijs ꝓpoſitio-
nē addi oportere: qđ ſi veter᷑ auctoritas in aliquib⁹ oppoſitū
fecerit: nō tn̄ eſt vlla auctoritas (meo iudicio) q̄ dictas dictiōes
a barbarię eripiat. Idē dicit: Et Seruı⁹ honorat⁹ ſuꝑ Dona
tū: Generaliter tenendū eſt/qꜫ aduerbijs/id eſt ſolis poſitis/nō
debet ꝯiungi ꝓpoſitio ſeparatim: nemo em̄ dicit deſcro de mo
do: Unde nec de mane dicere debemus quod plerūqꜫ in vſu
habent. hęc ille. Idem dicit Donatus: Idē Diomedes gram
maticus: ita ⁊ nuper ſcripſit quidā: Barbare dicim⁹ de cętero:
ſed cęterū: at ego apud quintum Curtium lib. iiij. legi: ſi exem-
plar nō eſt mendoſum: Et apud felicem capellam. libro octa-
uo. Idem pro nunc extunc reprobauit cui ego aſſentior: licet

Apulegi⁹ lib.vij.de Aſino aureo extūc dixerit: Et Oroſi⁹ lib.
vij de alarico ad nūc dicat: ego autē parū ornate dicta credide
rim. Itē alienato: vel obfuſcato: vel fruſtrato dubio: vel ſup-
preſſo dubio: nō multū lego apud veteres.

Pontius.

Stringēte neceſſitatis articulo. Philologus.
Eſt oratio foſſorum ⁊ eorundem Gotthorum.

Pontius.

Ad hui⁹ arboris tegmina digne ꝯuolāt ꝑegrinantes a cui⁹
fructuū dulcedine nutriunt̄ repauſantes.

Philologus.

Neſcio qd ſit repauſātes/nec niſi ſe ſordidū vocabulū credo

Pontius.

Illuc merito pręparari debet animus ambulantis: vbi ſci-
entiarum fulcimento poteſt inebriari.

Philologus.

Inebriari fulcimento, quid ſignificet vix vel apollinis inter
pres Sybylla nouerit: quod autem alio loco dicis, adoleſcen-
tis intentio, mallem dixiſſes/animus, vel voluntas.

De Narratione.

Exemplificare eſt grāmaticum vocabulū/non oratorium.

Pontius.

Sic faciem⁹ narratiōes: vobis īnoteſcat in his ꝑlibatis ꝙ
ego ibo ad ſtudiū priuilegiatū Baſilieſe ⁊ in eo intēdo ꝑmane
re ad trienniū audiēdo ibidē facultates oīm artiū liberaliū ⁊c.

Alia Narratio.

Tibi inſinuo in ꝑlibatis ſingulis ꝙ ego ꝓpono ſtudere to-
tum triuiū cū quadruuio cū hoc varias moralitates quibus
meam vitam in ſingulis partibus poſſim redimere.

Alia Narratio.

Tibi ꝓmulgo in huius facti negocio ꝙ ego pręſumo ꝑ am
bulare ad curiā romanā ⁊ in eadē perſeuerabo pro gratię im-
petratione: vt meum poſſim defendere ſtatum clericalem.

Alia.

Tibi ꝓpono enucleare ꝙ mēs mea appetit bonū ſtudiū: ꝟtu
tes adipiſci ⁊ ꝓteruitare malas leges qb⁹ pena ſtigat̄ reglat̄.

Alia Narratio.

Tibi denoto notificare intentionẽ meã ꝙ deſideriũ meũ verſat morib⁹ inſiſtere: hoc ꝓpter ſummũ bonũ inquirere quo acquiſito ceſſat omnis motus naturalis.

Alia.

Tibi ꝓpono declarare in facto illi⁹ geſti ꝙ mẽs mea inq̄rit circa moralitates ꝟtuoſitatũ: hoc ꝓpter artiũ acumina aſcendere ſine quib⁹ in vita nullus poteſt perfectus haberi ꝛc̃.

Alia.

Pateſcat vobis inſcriptis his ꝙ ego ꝓpono me tranſire ad partes natales deo fauẽte. Et ibi mea bona vendendo vt meũ poſſim inchoatũ ſtudiũ laudabiliter terminare ꝛc̃.

Philologus.

Queſo te bone Ponthi: vel quiſq̇s es qui tibi hoc nomen vſurpaſti: cũ bona venia dicas mihi: quid velint ſibi hec barbaſcule ſqualẽtes ꝛ ieiune oꝛ̃ones: q̇s vnus veteꝝ: litterarum haud infrequẽs lectoꝝ ꝛ ꝓbatoꝝ auctoꝝ quicq̄ tale ſcriptitaſſe predicat. nõne frontẽ amiſiſſe poſſis exiſtimari: cũ tam vana ridiculaq̄ ↄfingis nõ ad rhetoricã: ſed ↄtra rhetoricã: cũ qua iam aperte mattẽ cõſeris Innoteſcat vobis: pateſcat tibi. Ille orationẽs ſunt plane (vt dicitis) incõgrue: cũ ſit hic verbum tertie pſone ſine ſuppoſito q̇ nõ poteſt fieri in verbis pſonalib⁹: niſi velis dicere hec impſonalia eſſe q̇ etiã hacten⁹ apud idoneos nõ legi: niſi apud quoſdã eccleſiaſticos. Qui pſonaliter accipiũt: Plinius cecili⁹ ad octauiũ ſuũ: enotuerũt quidã tui verſus: Lactãtius: vt homini p ſeipm ratio diuĩa noteſceret. in ꝓhemio primi libri. ſic Apulegi⁹ lib. primo floridoꝝ ſcꝫ vti q̇ ſuo noĩe obſcuri ſunt meo ĩnoteſcũt. Itẽ Juſtinus. lib. xiij. ſꝫ vbi apulis oraculũ innotuit interfectos legatos in vrbe ſepeliunt. Macrobi⁹ quinto lib. ſaturna. hñ ex his verſib⁹ etiã ciuium nomẽ innotuit. Dicit tñ ꝑter morẽ doctoꝝ Tertulianus ca. xv. Deniq̄ inde ſuſpicio ꝙ ĩnotuerit nos ad oriẽtis regionem ꝑcari. Sic ꝛ Oroſius lib. vij. vt quãta multitudo hoĩm ꝑparatã mortẽ euaſerit oĩb⁹ noteſceret. Et ego intendo dicis: nõ poſſum hic quin ſub cenſurã veniat ſentẽtia mea vitare dũ hic vt ſepi⁹ ↄtra oĩm fere iã induratũ modũ loquẽdi ſum lo

Innoteſcat

: citur⁹: dicã tñ qđ ſentio. Intẽdere p velle ꝛ in animo eſſe non Intendere.
eſt in vſu doctoꝝ quantũ ego lego: Nec itẽ intẽtio p volũtate.
Sicut dicit Laurẽti⁹ valla: Intendere eñ vno modo eſt ſol- 1
licitũ eſſe ꝛ ſuſpenſum. Inde intẽtus eſt ſollicit⁹ Virgi. quĩto
Eneid. Cõſidũt trãſtris intẽtaqꝫ brachia remis. Itẽ intẽdere 2
eſt innectẽre vel illigare Virgi. ſcđo Eneid. Et ſtupea vincu-
la collo intẽdũt. Marc⁹ Tulli⁹ in hortenſio. Quero eñ non
quib⁹ intendã reb⁹ animũ ſꝫ quib⁹ relaxem. Itẽ intendere ẽ ſol- 3
licite diligẽter intueri. Virgi. lib. q̃nto. Intẽti expectãt ſignũ.
Intẽdere extẽdere Marc⁹ Tull⁹ de ſupplicijs: Tabernacula 4
carbaſeis intẽta velis collocabãt: Et de ſenectute. Intentũ eñ
animũ tanqꝫ arcũ habebat nec languẽs ſuccũbebat ſenectuti.
Hęc oĩa noni⁹ Marcellus: Itẽ intẽdere ꝓprie eſt crimen in ad- 1
uerſariũ iacere. Terenti⁹ in eunucho hanc ſi intendit eſſe. Itẽ
intẽdere verbũ eſt a venatoribus trãſlatũ: qui rętia tendũt ad 6
captãdas feras Terẽtius in Andria repudio ꝯſiliũ qđ prius
intenderã hic ergo qui parat Chremetẽ ꝛ Simonẽ fallere. in-
tenderã dixit. Donat⁹ teſtꝫ: vt aũt nõ tu accipis intẽdo Teuto:
ich mũt hon: nõ inuenio apud ꝓbatos: ſed ꝑ barbaros ꝛ lati-
nos. Tibi inſinuo apđ Oratores Poetaſqꝫ raro lego inſinuo Inſinuo
in tali ſignificatiõe: apud indoctos vbiqꝫ: Et valet apud eoſ-
dem id eſt manifeſto. Vel aperio. ꝛ certũ reddo. qđ nunqꝫ apđ
ꝓbatos inuenio. Sed Nonius Marcellus dicit: Inſinuari 1
eſt ſumitti quaſi ſinu accipi. Siſenna lib. hyſtoriaꝝ. iij. Agmen
ꝑturbatũ peditis inſinuãt ac loco cõmouent. Et ꝑ methapho-
ram apud rhętores dicimus inſinuare non aperte ꝛ ſimplici- 2
ter rem exponere ſed latẽter in animũ audientis veluti inſinũ
quod volumus mittere: pręlibatis ſingulis. Quis queſo pręce-
ceptor ignorãtię ex auctoritatib⁹ idoneis tuo more ſcriptitat:
vteris eñ vbiqꝫ ꝑlibata ſalutatione, ꝑlibatis ſingulis. id eſt p̃-
miſſa, vel antedicta, ſicut tu exponis quod nemo, pręter indo-
ctoꝝ ſentinã factitaſſe compitur: Dicit tñ Macrobi⁹ lib. pri-
mo de ſomno Scipiõis tanqꝫ grãmaticus ꝛ expoſitor non vt
orator. Unde his pręlibatis ad tractatũ ꝛc̃. oratio reuertat̃ id
eſt p̃guſtatis ꝛ pręhabitis. Quod autẽ vbiqꝫ ſcribis tibi inſi-
nuo, vel notifico, ꝗ ꝓpono, ꝗ intendo, ꝗ ego perambulabo,

ꝗ deſideriū meū verſat: ⁊ ſemꝑ, ꝗ, repetis in oībus oratiōībꝰ/
facis vt indoctiſſimi quiqꝫ: ꝗ em̄ in ſordidi ore orōnis genere
verſant/ nō cupiūt varietatē ſententiaꝝ: nec his eſt cōmertiū
cū vllis orationibꝰ, que ſunt ex latinoꝝ ſcriptoꝝ penetralibus
deꝓmpte. Laudat em̄ pliniꝰ ceciliꝰ Pompeiū Saturninū
oratorē in quo erāt crebre apteqꝫ ſentētie/ grauis ⁊ decora con/
ſtructio/ ſonātia ⁊ antiqua verba. Idē nepoti loquēs de Iſeo
oratore: Occurſant ꝟba, ſed qualia, queſita ⁊ exculta. Qḋ aūt
dicis, ꝓpono ſtudere triuiū cū quadruuio, es imꝑitus plane
grāmatiſta: ⁊ cecutiētibꝰ oculis, puerilique ſtudio oīa corrūpis:
Per triuiū em̄, qḋ ſignificat vbi tres vie ꝯcurrūt, intelligꝫ tu
grāmaticā rhetoricā ⁊ dialecticā: Qḋ nemo latinitatis admi
rator ꝓtulit: triuialis tn̄ ſciētia poteſt dici grāmatica: que ī tri/
uijs docet, Perotꝰ teſtis: vt Quintilianꝰ litterarij pene iſta
ſunt ludi, ⁊ triuialis ſciētie. Silr quadruuiū, nō de ſciētia: ſꝫ
de quattuor vijs ꝯcurrētibus in vnū, dat ſignificationē. Cuꝫ
hoc varias moralitates; O ridiculū caput, ⁊ ellebero purgan
dum. ꝗs vnquā latinꝰ, ⁊ idē de lingua latina ſcribēs, ſcriptum
reliqt moralitates: nā adminꝰ vix elegāter dr: ⁊ vſitate apḋ ido
neos: Tibi ꝓmulgo. oēs ꝗ ſuꝑiori tēpeſtate ī germania voluerīt
eſſe latini: in oībꝰ fere epl'is vſi ſūt hoc vocabulo, ꝓmulgare, ꝓ
manifeſtare: ⁊ ſignificare: qḋ apḋ rhetores nunqꝫ legi ſaltē in
ea ſignificatiōe. Eſt em̄ verbū iuriſconſultoꝝ: Unde Feſtus
Pompeiꝰ dicit: ꝓmulgari leges dicunt: cū primū in vulgꝰ edū
tur: quaſi ꝓuulgari ⁊c. Qḋ ego ꝑſumo ꝑambulare ad curiā
romanā: vt tu accipis, in animū induco, nō memini me legiſſe
apud idoneos: perambulare ad curiā romanā autem eſt ora/
tio indoctoꝝ: ſuꝑabundat em̄ preter alia per: vel ad. Itē curiā
romanā ſic loquunt indocti: ⁊ quibꝰ nullū cōmertiū eſt cū his
ſcriptoribꝰ qui lingue latine ꝓprietatē/ ⁊ vocabuloꝝ ſignifica/
tiones indagarūt. Tibi enucliare ꝓpono: raro ⁊ enucliare apḋ
doctores inuenit. Inuenit tn̄: ſꝫ caue in hoc ſignificatiōe tua
tam crebro vtaris: quibꝰ poena ſtigalis regulat: nulla eſt lati/
nitas: nullus ſenſus: nā poena ſtigia dicendū erat. Regulatur
nō niſi apud grāmatiſtas in vſu tā frequēti eſt. Tibi denoto
notificare intentionē. Caue ab his barbaris elocutionibus:

triuiū
quadruuiū
triuial' ſcīa
ꝓmulgo
Enucliare
Stygio
Denotare

raro inuenies, denotare, niſi apud grāmatiſtas. Circa moralitates
tes virtuoſitatū: virtuoſitas nemo niſi indocti dicūt. Quod *Natale*
ego ꝓpono me trāſire ad partes natales: ꝓpono me tranſire: eſt
oratio indoctoꝝ ꝛ barbaroꝝ: ſiſr, ptes natales, ſuffeciſſet dixiſ-
ſe ad natale: vel patriā. Partes in hac acceptiōe etiā dicūt parū *Partes*
elegāter, vt multi ꝓdunt. vt: eſt ne rex in partibꝰ nr̄is: attamen
ꝛ apud eccleſiaſticos nō minimos iſta īueni: ꝛ fortaſſe ita acci
pit ceſar in ſexto cōmentarioꝝ: loquēs de ambrorige rege. atq;
ille latebris aut ſaltibꝰ ſe eriperet: ꝛ noctu occultaret, alias ptes
regioneſq; petere ī maiore equitū pſidio, q̄ꝫ q̄ttuor, quibꝰ ſolis
vitā ſuā cōmittere audebat: Et in ſeptio hoc. Idē fit in reliq̄s
ciuitatibꝰ: in oībus ptibꝰ incēdia ꝯſpiciunt. At nihil auſim vl
cogitare minꝰ elegās: q̄ vel ſemel elegātiſſimꝰ ceſar vſus eſt.

De artificiali narratione dicam. Pontius.

Siquidē fauorabilitati veſtre clarifico meā cordis ſubie-
ctionē ſemp eſſe, pnam ad queuis mādata veſtra: que de con-
digno ratiōis merito ſemp ſeruitoris ſunt adimpleda ꝛc.

Philologus.

Quā bone deus ponti ab horres ab omi elegātioris ſermo
nis vſu ꝛ ꝯſuetudine: Nihil me hercle a te prodijt, qd ex penu
Ciceronis, ꝛ huiꝰ ſimiliū depromptū iudicari poſſit: vt no īme
rito dicat Frāciſcus philelphꝰ in vna epl'a: eā latinitatis penu-
ria germanus laborare: vt cū venerint in italiā ac romā, roma
no ſermōe audiant, eo qui cerdonibꝰ etiā apud priſcos ꝛ piſto-
ribus cōis erat. Nā ꝛ ego nihil oīno taxarē hec tua ſcripta: tā-
quā penitꝰ barbarie mancipia: niſi viderim plurimos: vndiq;
q̄ maxia cū pertinacia hec defenderēt, ꝛ ampulloſis ꝓclamati-
onibꝰ laudarēt: q̄ꝝ ineptijs errat occurrendū: niſi eſſemꝰ pla-
ne de lingua latina in officioſi milites: Fauorabilitati vr̄e, q̄s
latinꝰ in epl'is reliq̄t: Ego nō reperi. q̄s ad vnū ſiliter ſcribens
dixit, vr̄e, ꝛ nō potius tue: de qua re in cōmentarijs de ratione
epl'ari, latiꝰ diſſeremꝰ. Clarifico eſt vocabulū grāmaticū: quo
nemo ex elegātioribꝰ in pſa oratiōe vti gaudebat: ꝛ reliq̄, que ī
mediū adduxiſti, ſi nō ſunt plane barbara. At grāmatica ꝛ ſor-
dida: nemo dubitauit. Nā ꝛ ſeruitoꝝ, ꝛ de condigno, prius etiā
taxaui, ſqua propter hic non eſt opus.

# Contra modū epiſtolandi.

Pontius.

Societati veſtrę intimo ſublimo charitatis vinculo meaꝝ
ſcientiaꝝ increſcentiam ꝛc̄.

Philologus.

O Vallā dixiſſes, incrementū, q̄ꝫ increſcentiā ꝛc̄. Cogor eno-
dare mētis affectū: pmulgo intimo cordis conamine: declaro
ꝑcordiali fauoris libamīe: ſūt oratiōes a nullis ꝑter indoctos
vſitatę. Precordialis nō legi: libamīe aliud ſignifcat q̄ꝫ ꝙ hic
poſſit poni apte. Inſinuo meā defectuoſitatis egētiā, eſt item
coquinaria orō. Defectuoſitas nō facilę apud rhętores inue-
nies. Obſequioſitas in eadē ſorde eſt. Itē nubiloſitas, quod
etiā a te ponit̄, eſt ſil'e ꝑdictis: q̄s aūt intelligeret iſtā tuā oratio
nem, ſublimi cordis medicamine, ad nullū ꝓpoſitum reducere
poſſum: niſi aſſit apollo: vel ei⁹ miniſter dn̄s Loſbart⁹ ꝓpheta
Tubingenſis. Ut ſemota oīm ꝓlatiōe moꝝ, viſis ꝑſentibus
nō differatis. viſis ꝑſentib⁹: eſt orō imꝑitoꝝ. Qd̄ aūt dicis, ꝑ
miationē: ego nō lego in rhętoricis: Amicabilitas apud vete
res etiā nō eſt in frequēti vſu. Qd̄ ſtudiū Baſilienſe in q̄ actu
ꝯſtitut⁹ ſum: actu, dicunt eodē modo, actualiter, imꝑiti: p iam
vel nūc: vel ꝑſenti tēpeſtate. Cōſtitut⁹, etiā nō bene ponit̄: cum
ꝯſtitutio fiat ab alio: vel inſeruitio vel dignitate: ſcientiaꝝ ro
ſulas: iſtas nimiū prurientes ⁊ laſciuas trāſſūptiones, nō cōpe-
rio apd̄ doctos hoīes. Idē dicā de iſta tua orōne, ꝟtutū lilijs:
Criſpātꝫ ſyluę feritas: nunq̄ꝫ legi niſi apd̄ te, criſpas ſyluas ꝛc̄.

Pontius.

Ueſtra dilectio noſcat me viſitaturꝝ ſtudiū Friburgenſę ve
ſtrę dilectioni meā mētis intentionē quatinus mihi ꝛc̄.

Philologus.

Quod dicis, quatin⁹, tangis morē oībus illitteratis barba
ris cupedinarijs ⁊ ſeplaſiarijs cōmune: qui loquunt̄ vbiqꝫ ro
go quatin⁹ velis ad me venire: Jubeo quatin⁹ hoc facias, qd̄
nemo doctus fecit: nam ſcd̄m te valeret: vt, quod nunq̄ꝫ lectū
eſt: Dicit em̄ Feſtus pompeius ſic: quatenus, ſignificat qua
fine: ſiue ſicut, hactenus, hac fine: quatinus vero ꝑ iſ quoniā ſi-
gnificat: quod ita eſſe ꝓbat Plinius iunior ad Caniniū ruffū:
quatinus denegat̄ nobis diu viuere relinquam⁹ aliq̄d quo

nos diu vixiſſe teſtemur. Itẽ Iuuenal' Sati. xij. q̃tinꝰ hic nõ ſunt nec venales elephanti: Quintilianus. quatinus luctus noſtri in ius vocantur.

Pontius.

Tertia regula: Si narratio incipitur in plurali debet finiri in plurali. Et ita faciendum in ſingulari: quia al's generaret tedium: ſic ꝙ aliquis vobiſaretur in principio narrationis et impoſterum tibiſaretur.

Philologus.

Tibiſare, ꝛ vobiſare: vel (vt q̇dã alij dicũt) ſingl'ariſare, ꝛ pluriſicare, ſunt dictiones popinarię ꝛ gotthicę planeꝗ barbarę: vbi dixiſti al's: alioq̇n, dicendũ erat: ꝙ aũtẽ dicis, non debere quemꝗ mõ ſingulari: mõ plurali nũero appellare, bene dicis: nã neminẽ vnũ nũero multitudinis alloqui debemus: Nos metipſos, aũt p nr̃o libito iã ſingulari: iã plurali numero etiã in vna oratione appellabimꝰ. Audi vallẽſem. rhetorica ars iubet nos vti modo plurali numero, p ſingulari: mõ ecõtrario. adeo vt vno atꝗ eodẽ loco de ſe orator in vtroꝗ numero loquatur. Virgilius. O melibeę deus nobis hęc ocia fecit: Nã ꝗ erit ille mihi ſemper deus: vide vallam: quo modo Cicero ꝛ Quintilianꝰ in proſa oratione ſepe vſi ſunt: exẽpla apd̓ Laurentium require. Quod aũtẽ dicit pontius: Sum male diſpoſitus, credo ꝙ non latinę ꝛ pure dicat ad hanc ſignificationẽ, ſed bene diceret: no ſum mecum: ſum in mentis perturbatiõe: vel non ſum compoſitus: vel compoſitę mentis. Item ſum turbidus: vel turbatę mentis: Quintilianꝰ in nono: vt ſi q̇d fuiſſet turbidiorum cogitationum componerent: Diſpoſitio, vel indiſpoſitio, pro affectione noſtrates philoſophi parum eleganter et ſincere accipiunt.

Alioq̇n: p alias.

nõ ſu mecu.
nõ ſu compo^te mẽtꝭ.

Pontius.

Veſtrę ſerenitati notifico me collectuꝝ eſſe duas partes biblię ſtudendo prędicationem fidei chriſtianę.

Philologus.

Biblia oꝝ pl'is nũeri tm̃ dicit Georgiꝰ valla placẽtinꝰ: ſicut rhetorica orum: ꝛ phiſica orum in ſingulari, autem ſm grecos biblos dicit: vt notũ eſt, quę dictio ſi in latinũ trãſiret crederẽ

dicendū, biblus, nō biblia: doctoꝝ iſ̄ iudiciū de hoc reqratur
Predicationē aūt non bene ponis. vt in cōmentarijs audiēs:
nō dicas aūt vt pri⁹: fonte potatus tullianico: ſed tulliano: ſi-
cut Hieronym⁹ ſepius dicit, fluui⁹ tulliane eloquētie: ⁊ tullia-
na lucet puritate. Collega etiā eſt ſoci⁹ nō niſi dignitatꝫ alicu-
ius: nō collegat⁹: vl' collegiat⁹: qđ nūꝗ̄ lectū ē apđ ꝓbatos.

De Petitione. Pontius.

Hec ſūt aduerbia ad petitiōes reqſita: cordintime: hūiliter
lachrimabil'r: inſtāter: affectāter: ꝯfidēter: reuerēter: deuote de-
uoti⁹ deuotiſſime: ꝑcordial'r fideliter obnixius: totaliter: ſua-
uiter intime laborioſe: Verba aūt ſupplico: peto: precor: depre-
cor: rogo: flagito gliſco: deſidero: appeto: affecto.

Philologus.

Hec aduerbia raro legi in epl'is doctoꝝ hoīm: vl' nuꝗ̄ ni-
ſi pauca ex eis Cordintime: totaliter: precordialiter: credo pe-
nitus ruſtica ⁊ barbara. Sed rogo ſuauiter. rogo reuerenter:
vel ſupplico. vel aliud ex his. laborioſe flagito: ſunt orationes
popinarie: ⁊ a non doctis vſurpate.

Pontius.

Quare veſtram paternitatem imploro fideliter, quatenus
mihi ſuccurratis in ſolacioſum remedium pro incboati ſtudij
mei vigoreꝗ plura ſimilia:

Philologus.

Quāuis he tue orones ⁊ oēs ſint detrite/ ruſtice/ ſqualentes/
latinioſe/ vulgatiſſimeꝗ nō niſi popinis, meritorijs ꝗꝫ tabernis,
⁊ nugalib⁹ triuijs, ſcripte: tū̄ peſſima queꝗꝫ eradicabo: ⁊ pluri-
maꝝ dictionū pios lectores admonebo/ ne ꝑ te decipiant. In
oībus petitiōib⁹ tuis dicis, oro te, q̄tenus velis. Supplico vo-
bis quaten⁹ ⁊c. ⁊ ſemꝑ q̄tin⁹. qđ nemo latin⁹ facit: q̄ non poſſit
hic poni quatin⁹ ſuꝑ oſtēdi: multo minus q̄tenus. Audi Ca-
prum grāmaticū: quatenus aduerbiū aut loci aut temporis.
Tēporis, vt quaten⁹ hos exercebis mores. Loci, cū dicin⁹, qua-
tenus ibimus in vnū manducare: vide tuū errorē. Acron ſuꝑ
Horatiū, quatenus. id eſt quādiu: nā interdū aduerbium tꝑis
interdū loci: quatinus vero eſt ꝯiunctio tantum.

Pontius.

Alia petitio qua ꝓpter veſtrę ſupplico reuerentię. prę inſtan
ter pręcibus humilibus quibus poſſum quatenus filiū meū
pręſentium exhibitorem in veſtrę vniuerſitatis collegium di-
gnemini aſſumere;

Philologus

Sic formaſti oēs petitiōes tuas quas longū eſſet oēs tāge-
re qm̄ in eodē luto ⁊ barbarię verſant̄ oēs: tn̄ ſic habeto: prę in
ſtanter eſſe popinariam dictionem: Supplico autē quo ſem
per vter is raro vſus eſt Cicero: Supplicationes ſępius: nā Supplica°
fere ſemper ad deos lego vel eſt humilium vel afflictoꝝ. Prę-
ſentium exhibitorem, ſic loquunt̄ indocti: quare non tabellari
um. Veſtre vniuerſitatis, docti dicūt ſtudio Tubingenſi, Pa Studiū
tauio: vel gymnaſio: vel academia: vel paleſtra: raro vniuerſi-
tate. Uniuerſitas eſt aliqua cōmunitas vel ciuitatis: vel alia-
rum quarumcunqꝫ rerum: vt Martianus de rerū diuiſione
in. ff. vniuerſitatꝭ. nō ſūt ſingloꝝ veluti q̄ in ciuitatib⁹ ſunt: vt
theatra: ⁊ ſtadia ⁊ his ſimilia. Et ſi q̄ alia ſūt cōia ciuitatū: hęc
ille: Et Plini⁹ iunior ſaturnino: Ideo nūc rogo: vt nō tantum
vniuerſitati ei⁹ attēdas: veꝝ etiā particulas q̄ ſoles, Lima p-
ſeq̄ris: h vniuerſitati. i. generalitati. Et Pōpei⁹ iuriſcōſult⁹ de
ꝟboꝝ ſignificatōe. Territoriū eſt vniuerſitas agroꝝ iuxta fi-
nes cuiuſqꝫ ciuitatis. Uniuerſitas tn̄ ſtudioꝝ dici pōt, ꝙ vni-
uerſę ⁊ oēs artes ibi doceant̄, ſed noue ⁊ non vſitate.

Pontius

Uob ſupplico, q̄ten⁹ mihi ī vno floreno ſuccurrere nō recu-
ſetꝭ: vt mediāte illo ſtudiū optatū valeā adipiſci. Philolog⁹
Philelph⁹ dic̄ florinos non florenos: vulgo dici ⁊ eſt dictio
vulgarꝭ, ⁊ a ꝓbatꝭ ī nullo vſu: Sed aure⁹ nūm⁹: vel aure⁹ p̄ ſe
ſolū, aureol⁹ qꝫ. Illo mediāte ē ꝟmo creber ī oꝛe grāmaticoꝝ. me
mediāte pecunia: mediāte illo viro: qđ apđ idoneos raro legi.

Pontius

Quare tuę ſociali dilectioni cordiali⁹ duxi ꝯſulendū q̄ten⁹
rebus ac ſumptib⁹ tuis diſpoſitis quanto citius poteris nr̄o
ſtudio ꝓperes te afferre a cuius ſcaturiente dogmate ⁊ torrentꝭ
voluptatis dulcoꝛibus poteris ſaciari ⁊c̄.

Philologus.

Hec orõ penit⁹ eſt a popinarijs ↄfecta.⁊ barbaſcula plane.ni-
hil ſucci in ea:nihil vigoris:nihil latinitatis.vt in oibus:Cor-
dialis,cordialior,cordialiſſime.⁊ ſimilia:ego nunq̄ niſi ab im-
perita grãmatiſtarũ cohorte audire potui. A cuius ſcaturiēte do-
gmate.⁊ torrētis voluptatis dulcorib⁹,poteris ſaciari:ab iſt⁹ ca
lamiſtrat⁹ ⁊ laſciuiētib⁹ trãſſũptiōib⁹ ⁊ circũloqtiōib⁹/fere alie-
nis/caueant⁹ omnes in oratione:nã ſunt plane odioſe.⁊ ab in-
doctis excogitate:nec alicui⁹ pbati auctoritate innixe.

Pontius

Quare reuerēdiſſime dñe ⁊ pceptor ſinglariſſime deuote ſup
plico vr̄e reuerētie quatenus vna cũ clero veſtro eodē die ſole-
ni pceſſiōe inſtituta ſolenniorē miſſam faciatis decantare: vt
dñs oīpotens ſit placat⁹ indignationē ſuã a nobis auertere et
tranq̄llam pacis ↄſtantiã eccleſie ſue ↄferat.⁊c.

Philologus

Singulariſſim⁹,nō eſt latinũ:pceſſio,aũt dictio min⁹ ꝓpria p
hoc ſignificatu:latine dicunt̄ ſupplicatiōes:vt,ſcripſit Joan-
nes Chriſo.Sold⁹ Brixian⁹ ſup Saluſtiũ,Miſſa,eodē mō
latinũ nō eſt:(vt teſtis eſt Perot⁹ ⁊ Philelphus):Sȝ ſacrifi-
ciũ,dicendũ.vt in cōmētarijs videbis de abuſiōe latini ſermo
nis:vt dñs oīpotēs ſit placat⁹ indigtionē ſuã a nob auertere.
Orõ ē plane icōgrua:Quis ei vnq̄ dixit ſit placat⁹ auertere.

Pontius

Quare princeps inclite vr̄a liberalitas me merito liberare
teneat̄ ſuppliciter oro ⁊ attēte quaten⁹ me miſere anguſtiatum
velut ouiculã lupis deputatã de tã horrēdo carcere nō differa-
tis extrahere pecuniãq̄ tantã ad tp̄s exponat⁹ quouſq̄ ꝓprijs
reſtitutus vobis facere valeã recompenſam.

Philologus

Proch deorũ atq̄ hoīm fidē quid doces,pōtiſ niſi pugnare
ↄtra rhetoricã/nedũ latinã linguã/quã adeo diſcerpis:vt vl'ho
ſtibus miſericordiã puocare poſſit.Repete totã orationē.⁊ ni-
hil inuenies qō vllã elegantiã redoleat:quis em̄ latin⁹ diceret
illã orationē:q̄re ſuppliciter orõ ⁊ attente,princeps tua liberali
tas teneat̄ me merito liberare.Jta em̄ faciēda eſt conſtructio.
Jſta em̄ orõne,nihil eſt inſulſi⁹ Anguſtiatũ ⁊ anguſtiare ſunt

grāmatica vocabula; velut ouiculā lupis deputatā: eſt inſulſa et orō ꝛ hic compatio. Proprijs reſtituꝰ has ꝛ ſilēs orōnes nō dum legi apud pollitiores: nō eñ ſatiſfaciūt intellectui. Recō penſam ſtabularij ꝛ popinarij: ſic dicunt recōpenſare recōmē dare recōpenſa ꝛc̄. nō latine ſed cōpenſa cōpenſare cōmēdare. Itē repēſare legimꝰ qđ indocti dicūt recōpenſare: vt Apulegiꝰ ꝑſentis bñficij vicē ꝓ eā mihi repēſare te debere ꝛc̄. Alibi dicis ſpretis rudibꝰ lāpadibꝰ: Quid valeat iſta orō: ego nō poſſum mente cōplecti: tñ ħ vnū ſcio eſſe plane inſulſam: ſepius enim eandē rem, dico iſtas circūlocutiones inuſitatas ꝛ deformes: vbiqꝫ preſertim in eplis, vitabimus. Cōpenſa. Cōpenſare.

Pontius

Quapropter veſtrā paternitatē mitiſſimo cordis conamine refero petitiōis libamīe obnixius. Et ſimilia: rogo ꝓcū inſtantia ſeduliſſima: Imploro veſtrā ꝯfidentiā toto cordis ſcrutinio. Cur veſtrā mititatē rogito intimis cordis viribꝰ amicabiliter inſtātiſſime: Dulci melodia depcatōis inſto: qteñꝰ veſtra beniuolētia a me nō ſubterfugiat in neceſſitatis articulo: vel quatenꝰ mihi cōgruā nec nō cōpetentē faciat ꝓuiſionē ꝛc̄.

Philologus

Mitiſſimo cordis conamine, petitiōis libamine: ꝓcū inſtantia, ſeduliſſima toto cordis ſcrutinio, dulci melodia depcatiōis in neceſſitatis articulo. Oēs eñ iſte orōnes ſunt indigne rhetorices alūnis. Sed inter meritorij ꝛ popine ꝓfeſſores multā celebritatē ſibi vēdicarūtqꝫ quaſi primā elegantiā: nec mititas a mitis dicit̄. ſicut nec miti[illegible] teſte auguſtino qui in grāmatica dicit. Sed ſūt quedā/que cū aſꝑe ſonēt/dimiſſa ſunt. vt a miti mititer nō dicimꝰ. a triſti triſtiter non dicimus:

Philologus

Quod dicis: ſubueniatis mihi in ſubleuamine ſtudij: ego nunqꝫ legi ſubleuamine ſtudij: nec quiſqā veteꝝ poſteritati cō mendauit. Tu aūt in hāc lingue latine tenuitatem deſcendis: vt conſulto velis nouā linguā introducere/cū indies antiqua moriant̄: vt dicit Quintilianus. In oībus vobis complacebo: Complacere ꝑ obſequi ꝛ [illegible] vicem reddere, nō credo Viſitatum eſſe apud idoneos: ꝛ ſicut nec placentia, dicit̄ a placeo quan

tum ego memini: ita nec complacentia ꝛ pſertim obſequioſitas nec e diuerſo diſplicētia: ꝙ ꝛ ſi hoc vltimo vſus ſit apulei⁹: vix tamen alibi apud illuſtres reperiri credo;

Pontius

Plenaria rogatiōe veſtrā accedo legalitatem: pulſu pꝛerogatiuo ꝛ pꝛecatiuo accedo vos.

Philologus

Has oēs petitiōes nō intelligo: ſunt eñ popinarię. Plenaria, ꝛ legalitas, nō legi apud idoneos multū: pulſu pꝛerogatiuo ꝛ pcatiuo q̄d ſignificent/ego neſcio ꝛc.

Concluſio

Contra Paulum Leſcheriū qui compoſuit modum Epiſtolandi.

Offert ſe hic Paulus Leſcherius/qui item pari elegantia ꝛ ratione cum Pontio delirauit: Cuius modus epiſtolādi/vt ipſe ſcribit/nihil differt a pontij deliramentis: quę cū ꝗ autem ſemel dixerim: non opus eſt amplius repetere: quā ꝓpter pauca agam cum illo: Scripſit bonus ille vir/epiſtolarum quinꝗ eſſe partes: vt ſuperioꝝ de omnibus exempla poſuit eodem tenoꝛe ſonantia: in eandemꝗ ſententiam quaſi de prompta: neſciens dictum Quintiliani in nono ſuarum inſtitutionū de figuris ſententiaꝝ: Gaudent enim res varietate. Et ſicut oculi diuerſarum aſpectu rerum magis detinentur: Ita ſemꝑ animus perſtat in quod ſe velut nouū intendat. Et vt dicat Cornelius Tacitus: Nec omnes clauſulas: vno ꝛ eodem modo determinet ſtriptoꝛ ꝛc. Hic autem noſter ſemper vno ꝛ detrito calle vagatur. Verſatur item hic noſter Paulus in tam tenui ſoꝛdidoꝗ orationis genere: Ut ſi gotthicus omnino non ſit: ſe tamen triuialem grāmatiſtam plane oſtendat. Epiſtola autem debet eſſe elegantibus puris iiſdemꝗ antiquitatem redolentibus verbis, et orationibus, contexta. Anticquitatem autem dico/tempoꝛa Ciceronis: Saluſtij: Liuij: Quintiliani et reliquoꝛum. Id quod oſtendit Plinius ad Tuſcum ſuum: Et preſſus ſermo puruſꝗ ex epiſtolis petitur: Preſſus